UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 20. Turcarum classis Corsicæ appulsa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66577

Visual Library

Sæc. XVI. A C. 1553.

fuſæ arma ſumunt, ac Nympharum habitum indutæ, necnon cum vexillis per totam urbem curſitantes, Franciæ, ac libertatis nomen inclamant, obſtupeſcente ipſo Thermo, qui tum univerſæ huic Regioni præerat. Biduo poſt eædem mulieres ductoribus Forteguerra, Picolominæa, & Livia Fauſta tribus primariis Reipublicæ Matronis, unaquæque cum ſporta, palis, aliisque terræ fodiendæ idoneis inſtrumentis prope Archiepiſcopi ædes conveniunt, ibidemque invocata Beata Virgine, in cujus patrocinio urbs Senarum eſt, acceptaque a Cardinale Ferrarienſi benedictione ad diurnum muniendæ urbis laborem mira alacritate convolant.

§. XX.

Turcarum claſſis Corſicæ appulſa.

Interea Turcarum claſſis jamjam Chriſtianorum oram attigerat, ſibique adjunctam habebat Regis Chriſtianiſſimi claſſem, (*) cui præerat percelebris Polinius, cujus jam ſupra meminimus ſub nomine Baronis de Lagarda, quem etiam Princeps Salernitanus comitabatur, moxque Dragutes Calabria multis damnis afflicta in Sardiniam ſeceſſit,

Belcar. com. l. n. 37. Michel Metallo della Guerra di Corſica Philippini hiſt. de Corſ. Juſtiniani de Venet. Sleid. l. 25. p. 915.

(*) Vide ſupra §. XXII. & XXV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVI.
A.C. 1553.

ſit, ac poſtremo ad Corſicam appulit; in quam inſulam æque, ac in Genuæ rempublicam, in cujus ditione Corſica eſt, Galliarum Rex ſibi jus arrogabat. Poſtquam ergo Gallica claſſis circa initium Junii hoc anno in Sinu Corinthiaco cum Turcica ſeſe conjunxerat, ambæ hoſtilem in modum in Ilvam impetum fecerunt, totamque, qua late patet, inſulam miſere ferro, flammaque penitus devaſtarunt, nec his malis contentæ inſuper Portum - Ferratum, ſeu Plombinum præcipuam Florentinæ ditionis arcem occupare tentant, irrito licet conatu, eoquod Coſmas illam, utpote rebus ſuis opportuniſſimam diligentiſſime muniri curaſſet. Demum Thermus, relicto Senis Ferrarienſi Cardinale, & ipſe claſſem acceſſerat unacum Jordano Urſino, ceterisque omnibus Galliarum Regis Ducibus, qui ad bellum Corſicum profecti ſunt.

§. XXI.

Baſtia, aliæque Corſicæ urbes exſcenſione facta a Gallis captæ.

Thu. l. 12. Belcar. l. c. Sleid. p. 931. & 932.

Die vigeſima quinta Auguſti Galli exſcenſionem in Inſulam Corſicam faciunt, hujusque expeditionis ſocios habent Sanpetrum Ornanum, aliosque Corſos a Genuenſium ſtudiis alienos. Ad-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN